



I, 16.



I, 16.

13
R E C T O R
ACADEMIAE VITEBERGENSIS
G E O R G I V S
F R I D E R I C V S
K R A V S D

DIGESTI VETERIS PROFESSOR
PVBLICVS ORDINARIVS CVRIAE PROVIN-
CIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI
SCABINATVS AC FACVLTATIS IVRI-
DICAE ASSESSOR ITEMQVE ORDINIS
IVRIDICI H. T. DECANVS

I N S T I T V T V M

ERNESTI GOTTHOLD TITTELI,
WAHRENBVCKENSIS SAXON.

S. S. THEOL. CVLTORIS

MEMORIAM LIBERALITATIS WOLFRAMSDORFIAE

O R A T I O N E A N N I V E R S A R I A

I N M A I O R I A V D I T O R I O

I V. N O N. O C T O B R. A. S. R. C I D I O C C L X V.

R E N O V A T V R I

C I V I B V S

E T S T V D I O R V M A E S T I M A T O R I B V S

C O M M E N D A T.

*Praemititur Antiquitatum Germaniae Specimen XX. Saxoni-
carum Originum XII.*

R E C T O R
ACADEMIAE VITBERGENSIS
G E O R G I U S
F R I D E R I C U S
K R A V S D
D I G E S T I V E T E R I S P R O F E S S O R
P U B L I C U S O R D I N A R I U S C U R I A E P R O V I N
C I A E C O N S I S T O R I I E C C L E S I A S T I C I
S O C I E T A T U S A D F A C U L T A T I S I U R I
D I C A E A S S E S S O R M E M B R U S O R D I N I S
I U R I D I C I M . P . D E C A N U S
I N S T I T U T U M
E R N E S T I G O T T H O L D T I T T E L I I
W A N N E N B U R G E N S I S S A X O N
S . P . T H E O L . C Y C L O P A E D I C I
M E M O R I A M L I B E R A L I T A T I S W O R T A M S D O R F I A E
O R A T I O N E A N N I V E R S A R I A
I N M A J O R I A M B I O R I O
I N N O N O C T O B R I I A N N O M D C C C C L X X
C I N Q U E N S
E T S T U D I O R U M M E S T I M A T O R I U M
C O M M E N D A T

Verzeichnis der in dem Germanischen Speculum X. Saxoniae
carum Originum XIII



Non semper esse damnandam scriptorum recentium de rebus antiquioris aevi fidem, quamuis aliorum temporibus, quibus eae gestae sunt, propiorum silentium suspicionem moueat, hodie viris doctis et in arte critica satis exercitatis multis documentis constat; quum non scriptores modo quidam vetustiores recuperati sunt, sed tanta etiam diplomatum copia ex tenebris in lucem protracta est, quibus ea didicimus, quae Spangenbergiis, Letzneris, Fabriciis, et horum similibus, qui auctores, quos secuti erant, tacerunt, antea nemo credidisset. Imo in Gobelino Persona, in Ertwino Erdmanno, in Hermanno Cornero, aliisque, quibus monasteriorum aut vrbium tabularia patuisse perspicimus, solis quae legi diu sunt credita, confirmari monumentis demum antiquissimis, quorum notitiam dies adperuis, vidimus. In his sunt multa, quae ad res Videchindi Ducis, quae cur a scriptoribus Francicis praeteritae fuerint, nuper diximus, pertinent, et sollerti inuestigatione ob multiplicem in antiquitatis cognitione vsum sunt dignissima. In his numeramus HERMANNI CORNERI, cuius diligentia plurimae antiquae memoriae seruatae sunt, testimonium: (in Chron. A. CI^oCCXXVII. p. 669. ap. ECCARD. p. 669.) *Qui Otto fuit de stirpe Widekindi, hereditas de Brunswic. Successores enim huius Widekindi obtinuerunt multas comitias et dominia puta in Saxonia Stekelenborg (L. Tekelenborg) Ringhelen*

ghelen, (L. Ringelhem) Stoterlingborg, et Werle;
in Angaria siue Westphalia Engberen; et in Frisia
fuerunt potentes. Notandum est primo, quid vo-
cabuli stirpis significari aeuo, quod medium vo-
cant, solitum fuerit; quia haec Cornerum ex an-
tiquiore scriptore sumsisse patet, vt ostendemus.
Quia hic hereditati opponitur; satis adparet non
paternum quidem vnice genus, sed maternum
quoque eo designari; quorum illud Otto Northei-
mentis ad Videchindum non referebat; quod de
auiae tamen Matthildis stemmate alio tempore
probabitur. Sed maioris momenti est, quod de
posteris Videchindi hoc loco refertur; de quibus
quam iniuste a nonnullis dubitatum fuerit, in
Spec. XIX. iam nonnulla praecepimus. Repetiit
hanc eandem narrationem IOANNES AB ESSEN-
DIA (in Biblioth. Hist. Gotting. T. I. p. 56.) etsi
nonnihil diuersam, et quidem ex fratris Herman-
ni collecta Chronica Videchindi. SCHEIDII qui-
dem (in praef. p. 37.) coniectura est, HERMAN-
NUM DE LERBECKE, sub fratris HERMANNI no-
mine vbique laudari; quae tamen, quum nihil ta-
le in vtroque illius Chronico, tam Schauenbur-
gensi, a MEIBOMIO, quum Mindensi a LEIBNI-
TIO editis, occurrat locum vix habebit. Nec HER-
MANNVM CORNERVM intelligi posse, adiectae
huic fratri Hermanno indicationes aliae docent;
vt taceamus rationem temporum, quae non pati-
tur, vt IOANNI huic ESSEDIENSI tam breui in-
notescere, et laudandum toties videri, Chronicon
Corne-

Cornerianum ab Eccardo editum potuerit. Quin-
quum omnia ab hoc IOANNE AB ESSEND. prola-
ta sub Hermannorum nominibus, in nullum ex no-
tis hodie Hermannis conueniant, et ne hic quidem
locus, quem ex Cornero attulimus, ob diuersa ad-
mixta, huc trahi posse videatur; longe certe con-
sultius erit, de isto more auctores laudandi, qui
monachorum ante renatas litteras proprius fuit, et
de quo in Specimine harum Antiquitatum XIV.
tot luculenta exempla protulimus, expense et ex
collatione veri similibus cogitare. Scilicet quum
IOANNES fratris Hermanni alias Chronicon Min-
dense, hic vero Chronicon Widekindi laudet, vi-
detur vsus fuisse codice quodam, in quo primo loco
Hermanni Chronicon descriptum, adiectum vero
incerti scriptoris Chronicon Mindense fuerit; vnde
eodem exemplo, quo sub Gregorii Turonensis no-
mine ipsum Annales Francicos allegare monuimus,
hoc alicui Hermanno attribuerit. Res ipsa vero
hausta ex scriptore quodam vetusto et bonae fidei,
quem desideramus, eo magis credi potest, quia
Mindae et in vicinia nihil celebrius rebus Videchin-
di fuisse, ea CHRONICA, quae Meibomius et Pisto-
rius ediderunt, prolatis antiquis hymnis, satis do-
cent. Amplum certe per Angariam et Westpha-
liam Videchindi patrimonium fuisse, quod ad po-
steros transmissum et hereditatum diuisionibus in
plures postea sparsum sit, IAC. ANDR. CRVSIVS (in
Witikindo c. IV. et XI.) ostendit. Sed possunt nunc
luculentiora addi. Budensfeldam in confiniis Haf-
siae

fræ fuisse in ditione eius, postquam iam Christianus erat, ALTFRIDVS (vit. Ludigeri l. III. §. 22.) testatur. Stenuordam et Wildeshufam eundem dominum habuisse, e MEGINHARDO (c. VI. et VII. in Bibl. Goetting. p. II. 13.) cognoscimus. Iburgum eidem NORBERTVS (vit. Bennon. ap. ECCARD. c. XVI.) attribuit. ADO VIENN. (Chron. act. VI. A. 1000. p. 214. ed. Morell.) castrum Vuitbergh memorat, quod prope Vernae et Visurgis confluentes haud procul a Remena situm fuisse, ex variis ANNALIBVS FRANCORVM, ex SCRIPTORE de vita Caroli M. ap. Pithreum, ex REGINONE, et ex AIMOINO, in eiusdem rei narratione adparet, quod idem postea Vedegenberch dictum fuisse ex IOANNE ESSENDIENSI (A. 1000. p. 61.) perspicimus. Atque hinc clarissime patet origo erroris sequiorum scriptorum, quando Vitebergam hanc nostram a Videchindo conditam fuisse, ambiguitate nominis decepti, tradiderunt. Ipsam Matthildem Augustam fundos Videchindeae familiae patrimoniales in Angaria petiisse, quando a filiis post obitum Henrici ob dotalitiorum magnitudinem exagitata secessit, e narratione SCRIPTORIS de vita eius (c. III. p. 199.) et ex ANNALISTA SAXONE (A. 1000. XLVI.) haud obscure colligimus. Idem IOANNES ESSENDIENSIS (p. 40. 48. 54. 55. 61.) Videchindi possessionibus adnumerat Vechtelaram, Mindam, Angariam, Videkindesburgum, Wedegensteinum: cui addi poterunt, quae CAR. GER. GVIL.

LODT-

LODTMANN in Monumentis Osnabrugensibus de his obseruauit. Ringelhemum quoque non falso inter Vindechindeae gentis possessiones referri a Cornero, hodie e diplomate discimus, quod EC-CARDVS (geneal. Princ. Sax. praef. p. 6.) exhibit, in quo Imadus, Matthildis patruus, conditor ibi monasterii memoratur. Imo huius Immedingicae familiae opes florentissimas in Saxonia fuisse ANNALISTA SAXO, ALBERTVS STAD. et CONRADVS A LICHTENAV (ad A. CLXXV.) testantur, quod SCRIPTOR etiam vitae Meinwerici confirmat. Idem de Vnuano, quem *clarissimo genere Immedingorum oriundum* scripsit, memoriae prodidit ADAMVS BREM. (Hist. E. l. II. c. XXXIII.) quem etiam praedium Bodegun e suo patrimonio sacro collegio suo donasse narrat. Plura etiam de Meinuuerco, qui ex eadem stirpe erat, SCRIPTOR vitae huius refert, (n. XXXII. xxxiv.) et urbem Plessam, atque Hauuerlon, Hukilhem, Mandelbicki, Goldbiki, Doddohuseu, Hokinesleue, Vuakeresleue, praedia, ab ipso Paderbornensi pontificio donata esse commemorat. Quod autem a CORNERO et IOANNE AB ESENDIA de potentia posterorum Vindechindi in Frisia refertur, intelligendum est de bonis, quae Imadus ex coniugio Adelae, Wichmani, in Frisia potentis comitis filiae, adquisiuit: vt plenam fidem faciunt, quae TESCHEN-MACHER (in Annal. Cliu. p. 476. 499.) et doctissimus DITHMARVS (l. l.) exposuerunt. Quod autem

autem recte CORNERVS distinxit, vocabulis *comitiarum* et *dominiorum*, alia erant patrimonialia familiae Vindichindae, ob quae nuper *virum egregiae libertatis* Theodoricum vocari ostendimus, et alia bona, quae aut connubiis, aut beneficiorum lege, postquam comites, Ottonum praesertim tempore, in regionibus Slauorum limitaneis, per tractus circa Bodam, Salam atque Albim constituti sunt, quaesuerunt: de quibus alio tempore agendum erit.

Nunc indicandum est ERNESTI GOTTHOLDI TITTELI, S. litt. cultoris ornatissimi, consilium, quo cras officio publice recolendi liberalitatis Wolframsdorfiae memoriam defungi, et orationem in maiori auditorio de litterarum praesstantia habere paratus est. Vestrae, CIVES, elegantiae humanitatisque quum sit, honori pulcherrimi, quod Deus immortalis hominum generi concessit, muneris, et quo vestrum decus omne atque tota felicitas potissimum censentur, ex animis fauere; huic oratori, qui in commendationem eius quaedam differere in animum induxit, eo studiosius et benevolentius aures praebebitis, et nostrae academiae ornamenta atque bona iusta vos aestimatione metiri ostendetis. P. P. v. Non. Octobr. A. R. S. CIOIOCCCLXV.

VITEBERGAE,

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.

T. 2972

ULB Halle
007 441 851


3



40







RECTOR
ACADEMIAE VITEBERGENSIS
GEORGIUS
FRIDERICVS
KRAVS D

DIGESTI VETERIS PROFESSOR
PVBLICVS ORDINARIVS CVRIAE PROVIN-
CIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI
SCABINATVS AC FACVLTATIS IVRI-
DICAЕ ASSESSOR ITEMQVE ORDINIS
IVRIDICI H. T. DECANVS

INSTITVTVM
ERNESTI GOTTHOLD TITTELII,
WAHRENBVCKENSIS SAXON.

S. S. THEOL. CVLTORIS
MEMORIAM LIBERALITATIS WOLFRAMSDORFIAE
ORATIONE ANNIVERSARIA
IN MAIORI AVDITORIO

IV. NON. OCTOBR. A. S. R. CIOCCCLXV.
RENOVATVRI

CIVIBVS
ET STVDIORVM AESTIMATORIBVS
COMMENDAT.

*Praemititur Antiquitatum Germaniae Specimen XX. Saxoni-
carum Originum XII.*

